

Ca[m]m. ^a Quando fuit factum ~~prælium~~ inter Cremonenses
et Placentinos apud burgum Nudi. *¶*

CAP. CLI.

1) Sub anno a Virginis partu MCCXVI, ^a Augusto Cremonenses et Parmenses [a] præ-
liati sunt cum Placentinis apud burgum Nudi [b] et eum ceperunt ^{ac} et combusserunt
cum multis Placentinis qui intus erant; et ibi de Parmensibus capti sunt XLV milites
numero. Tunc habuerunt Cremonenses multitudinem copiosam militum Placentinorum,
quos Cremonenses persecuti sunt usque Montale [c] de quibus dederunt Parmensi-
bus XLV milites in ^a scontrum [d] suorum militum, et Cremonensibus remanserunt plu-
res quam de suis amisissent. Altera vero die, cum reverterentur Parmenses et Cre-
monenses, Mediolanenses et Placentini fecerunt insultum super eos, et aggressi sunt
eos apud boscum [e] et ibi fecerunt sturum magnum [f] et neutra pars vicit.

¶ Quando domina Regina domini Frederici venit Faventiam.

CAP. CLII.

1) Sub anno a nativitate Domini MCCXVI, dum Regina veniret ex Apulea et ad virum
2) suum Federicum Rogerium in Alamaniam pergeret, devenit Faventiam; quam cives
honorabiliter receperunt, cui affluenter in omnibus dederunt expensas. *¶*

Quando Faventini fecerunt munitiones frequentes et fossata circum districtum eorum;
et de iteratione ^a guerræ occasione fossati; et de secunda ^a reedificatione Castri
super Cosnam.

CAP. CLIII. [A]

Anno MCCXVII, sub dominio et potestaria domini Thalamacii [g], magni et hono-
rabilis Cremonensis viri, prudentis ac sapientis, volentes siquidem Faventini sibi et
suis forensibus optime providere, fecerunt fossata magna et profunda ad liberandum

[a] et Parmenses; et, deest in Codd. — [b] burgum Nudi. Sic Cod. M.; Burgundi, C. V. In An-
nal. Cl. Murat. habet Pontenura. — [c] usque Montale. Sic Codd., vulgo Montile. — [d] in scontrum. Sic
C. M.; idest, scomputo. Cl. Mitt. legit: scontum. — [e] apud boscum, Codd. — [f] sturum magnum. Sic
Codd.; cl. Mitt. legit: sterpium magnum. — [g] Thalamacii. Sic C. M.; Talamantii, C.V. et Tondut.; sed
vitiose.

[A] Sequentia non videntur dictata esse a Tolosano. Stylus, frequentia menda, sensus labefactatus
id innuere videntur. Et idem dicendum est de fere omnibus capitibus, quae sequuntur in posterum.